



A Delmus in literis humanioribus inter Anglo
 Saxones suo tempore doctissimus fuit. Mul-
 ta enim carmine & prosa conscripsit. postea sacris
 literis operam dedit, atque in ijs magnam cogniti-
 onem nactus est. Erat etiam sanctitate uitæ & om-
 nibus uirtutibus conspicuus. Itaque Occidentali-
 um Saxonum Episcopus ex monacho Benedicti-
 no factus, multos eius gentis homines ad Christia-
 nam fidem perduxit, & alios in ea confirmauit, an-
 no sexcētesimo octuagesimo, cum Iustinianus mi-
 nor Imperium administraret. scripsit etiam aduer-
 sus Britonum errorem insigne opus de celebratio-
 ne Paschatis, atq; de sanctorum uirginitate prosa,
 & carmine, quæ adhuc extant, Trit. in script. Ecclesiasticis.